sus ē itē in pretorium cum iesu ⁊ dixit ad iesum. **Unde es tu.** de diuina vel humana generatione ⁊c. Iesus non respondit propter difficultatem questionis. quia pilatus non sufficiebat eam accipere. Dixit ad eum pilatus. **Mibi non loqueris.** nescis quia potestatem habeo crucifigēdi te et dimittere te. quibus verbis pilatus condemnauit seipsum. Respondit iesus. **Non haberes potestatem aduersus me vllam nisi tibi datū eēt desuper.** p̄pterea qui tradidit me tibi maius peccatum habet. vbi dicit **Augu.** q̄ peccat ex avaricia plus peccat q̄ ille qui peccat ex timore humano. Exinde. id est. ex hac causa que rebat pilatus dimittere iesum sicut astutus videns q̄ cum notasset de peccato si innocentem occideret. que rebat ergo oportunitatem dimittendi cum sicut antea fecerat. **Iudei** ergo hoc considerantes clamauerunt dicentes. **Si hūc dimittis nō es amicus cesaris.** Igitur cum pilatus audisset hos sermones eduxit foras iesum i loco publico qui dicitur licostratus. Erat autem parasceue. id est. p̄ma dies solennis in qua p̄p̄abant cibos p̄ sabbato in quo sabbato non licuit p̄pare cibū propter solennitatem sed in p̄cedēti. i. sexta feria. iō ois sexta feria dicebat pasceue hora q̄si sexta quia die sexta homo factus est. Et dixit pilatus. **Ecce rex vester.** Illi autem quasi frenetici clamabant. **Tolle tolle crucifige eum ⁊c.** Dixit eis pilatus. **Regem vestrum crucifigam.** q. d. vtiq; ex hoc verecundia magna generabit quādo audietur de vobis dici q̄ regem vestrum crucifixi stis. Responderūt pontifices. **Non habemus regem nisi cesarem.** Tunc pilatus considerās se incurrere indignationem populi ⁊ cesaris consentit petitioni eorum. Sedit igitur pro tribunali. misit ad eum vxor eius dicens. **Nihil tibi ⁊ iusto illi.** multa enim perpeſsa sum hac nocte p̄p̄ hunc sanctum hominē ⁊ iustum. Tunc enī diabolus cognouit fructum passionis iesu christi ex leticia animarum in limbo existētiū que ex plurimis prophetijs spectabant se redimi. Videns autem pilatus quia nihil p̄ficeret sed magis tumultus fieret. **Accepta aqua lauit manus suas** coram populo dicens. **Innocens sum a sanguine iusti huius vos videritis.** Et respondit vniuersa turba. **Sanguis eius super nos ⁊ super filios nostros.** Q̄ horrendū testamentum fecit hic populus stultus. manet enim hoc testamentum vsq; in hodiernū diem. Nam in signū hui⁹ vindicte quando masculi iudeorū de hoc genere qui sic clamabant nascuntur habent manū dextram plenam sanguine capiti innixā. Quare pilatus timore p̄cussus dimisit eis **barrabā** homicidam. iesum vō flagellatum tradidit voluntati eorum vt crucifigeretur contra legē iusticie. Et fuerunt hec verba quibus pilatus christum sententiauit. **Iesum** seducentē populum blasphemē

*Sua sup p̄l.*

## In die parasceues

mantem deum. dicentem se christum regem esse iudeorum cruci affigendo condemno et adiudico. Et quia hodie est oblatum alpha et o principium et finis. ideo his diebus ecclesia obmittit iniuria et fines horarum. Quarto fuit in passione christi compassio socialis. quia non solum christus sustinuit passionem et dolores cordis sed etiam virgo maria mater sua. et alij multi. Ratio quia ex peccato ade ipse non solum sustinuit mala sed etiam eua. Data igitur sententia mortis postquam illuserunt ei. Dic cum practica. exuerunt eum purpura et induerunt eum vestimentis suis ut magis esset agnoscibilis ad mortem vadens amplius sub sanaretur. Et tunc proculdubio christus habuit nouam et maximam passionem. quoniam illa purpurea congelata fuit et fortiter compacta vulneribus icteruum flagellorum que absque maximis doloribus euellere non poterat. et maxime quoniam tunica illa spoliata fuit renouata fuerunt omnia vulnera et horridior pena fuit quam flagellatio vel etiam coronatio quod imaginari potest. cepit enim nouus sanguis ebullire et totum corpus roseo cruore perfundi. et imponentes sibi crucem duxerunt eum extra ciuitatem. quia passio christi gloriosa non solum ad iudeos sed ad omnes se extendebat. in huius signum extra ciuitatem pati voluit. Quarta bona lesus semper benedixit fecit huic ciuitati. pro quibus omnibus crucem pro maiori ignominia posuerunt in humeris suis ad portandum. Bernardus. Inauditum spectaculum nunquam auditum visum aut factum ut aliquis fur aut malefactor ad hoc compelleret ut suum proprium portaret patibulum propter saluatorem. Et impletum est illud Esai. ix. Factus est principatus super humeros eius. hoc figuratum fuit in ysaac qui dum iret ut imolaret a patre ligna in proprio dorso portauit Gen. xxij. ibi enim habetur quod dominus dixit abraam. Abraam abraam. Et ille respondit. Assum. ait illi. Tolle filium tuum unigenitum quem diligis ysaac. vade in terram visionis atque ibi offeres eum in holocaustum super unum montium quem monstrauero tibi. Igitur abraam de nocte consurgens strauit asinum suum ducens secum duos iuuenes et ysaac filium suum. Cumque concidisset ligna in holocaustum abiit ad locum quem precepit ei deus. Ista enim fuit figura passionis christi. quia abraam significat patrem in diuinis qui obtulit filium suum unigenitum in ara sancte crucis in redemptionem pro omnibus nobis miseris peccatoribus. Et sicut ysaac filius abraam in propriis humeris portauerat ligna holocausti obediens ad voluntatem patris sui abraam. Sic filius dei saluator noster iesus patienter sicut agnus innocens portauit patibulum sancte crucis propriis humeris impositum. Et quia iudei ipsum alapis et verberibus et illusionibus necnon flagellationibus coronatio neque tam fatigauerunt. ideo crucem non diu nec

remote portare poterat. quia totaliter fuit exhaustus et exhaustus. ideo dicitur sub cruce cecidisse. Nec mirum ex emissionem sanguinis omnium venarum qui defluebat ex plagis flagellorum et spinarum et magnitudine crucis que in longitudine pedes. xv. et in latitudine. x. habebat. Iohannes exeuntes in eum qui dicitur caluarie locus. et cum ducerent eum et ita repetere procedere non posset inueniunt hominem cyrenensem nomine simonem venientem de villa patrem alexandri et rufi hunc compulerunt et angariauerunt ut tollerent crucem eius. Et imposuerunt illi crucem portare post christum non ex misericordia moti sed ut citius ad mortem peruenirent. Nec quis estimare debet illud esse contra perfectionem christi existentis verus deus et verus homo. Tradiderat enim diuinitas christi humanitatem ex toto infirmitatibus humanis ad patiendum nolens sibi in aliquo suffragari. quo ad pene alleviationem. et ideo infirmitatis humane conditio exposcebat ut homo christus sic tota nocte fatigatus et cruoris effusione debilitatus sub tanto pondere deficeret. Nec mirum cum in minore labore alias fatigatus putat itineris sederit pro refocillatione virtutum supra fontem Iohan. iij. Hic primo nunciatus fuit beate marie virgini que tunc fuit in domo marie magdalene ut volunt potiores discipulos christum filium suum esse condempnatum ad mortem. Cum ergo ait cordis dolore et animi perturbatione hunc nuncium receperit perpendere potest quelibet fidelis mater. nec tamen aliquod indecens sue pudicitie vel virginitati derogans commisit. Nec verum est illud fabulosum quod virginem cucurrisse ad similitudinem infanientis mulieris. hincinde de domo ad domum ad quas christus ducebatur ac in signum angustiarum suarum crines euulsi ac per rimas prosperasse. et manibus deplois lamentabiliter planxisse. et plura alia que omnia falsa et frivola sunt. Ratio alias multe mulieres perfectiores fuissent beata virgine. scilicet sophia septem filiorum mater. et quae plures multe alie. Sed cum tres sunt modi plangendi. Quidam nimis dolorem expriment in opere exteriori. sicut hely. j. Reg. iij. qui audito captam arcam domi et duos filios cecidit retrosum et contractis ceruicibus expirauit. Quidam nihil molestum patiuntur tamen propter quandam honestatem dolorem simulant bestiali quodam clamore ut iuuenule de morte verorum deformium et vetularum. sed uterque se frustra affligit. Primis absque inordinato motu bene ab omnibus sibi crederetur. Secundis quanto magis insanierint tanto minor fides adhibetur. Idcirco tertium modum valde humanum mater virgo adinuenit. que cum amarum dolorem in corde gustauerit. nihil tamen fedum aut indecens gessit nequaquam obliuiscens fidei catholice et viri



ginalis pudicitie. Fides enim quam habuit et ea sola permansit de resurrectione filii sui et dolore incomparabilem sic temperavit ne in disciplinatum quid committeret. Et Origenem in quodam sermone de passione dicit. Omnis beate virginis dolor in christi passione conceptus sic intra sue anime claustra detinebat. ut nec mime impatientie aut inordinatiois signo exterius se proderet. nisi in quantum lachrymarum effluxio oculi materni impetuofam anxietatem indicabat. unde maximam compassionem cum christo habuit. Hunc exitum et hanc processionem lamentabilem Berni. describit dicens. Cum inquit christus sic duceretur. factus est concursus populorum post ipsum sicut quoniam fures et maliciosi ducuntur ad mortes. Alii ibant ridentes. alii illudentes. alii lutum super benedictum caput eius percussantes et in faciem. si ante se respexit vidit lutum super se percussantem. si supra vidit patibulum humero suo impositum eum valde opprimens. si retro vidit matrem cum multa turba populi et mulierum que sequebantur et plangebant atque lamentabantur cum ex maxima compassione. Conuersus autem ad illos iesus dixit. Filie hierusalem nolite flere super me tum propter spontaneam moriendi voluntatem. tum propter ordinationem que sic ordinavit me mori. tum propter mortis mee vilitatem. quia moriendo volo mortem destruere. Causam tamen passionis iubet de flere. scilicet peccata preterita et futura que christum pati ordinauit iusticie fecerunt. super quibus doloribus affici ad salutem necessarium est. Hec Berni. Sed super vos ipsas flete et super filios vestros. quia venient dies in quibus dicent. Beate steriles et ventres que non genuerunt et ubera que non lactauerunt. Tunc dicent montibus. Cadite super nos. et collibus coopite nos. Et loquuntur de obsidione romanorum per Tytum et vespasianum principes hierusalem post ascensionem domini anno. xliij. funditus destruentium quando tanta strages facta ut occisorum sanguis quasi riuulus de omnibus partibus ciuitatis flueret. et capta fuit ciuitas in die pasche. et omnes potiores iudei occisi. et triginta venditi sunt vno denario. et capta ciuitate. undecies centena milia fame et gladio perierunt. et octoginta milia venditi et dispersi sunt. et fuit verificata illa maledictio quando dixerunt pilato. Sanguis eius super nos et super filios nostros. et illam plagam fleuit christus in die palmarum. Et tanta fames tempore obsidionis erat ut matres filios suos comederent. ut dicit Iosephus qui protulit presens erat. licet fugerit latitans in scissuris petrarum quousque persecutio illa cessaret. Item christus loquebatur de iudicio finali quando pre timore dicent montibus. Cadite super nos. et collibus. cooperite nos. Nam subdit causam. Quia si in viridi ligno hec faciunt

id est. in me. Dicitur autem christus viride lignum quia viridis in radice diuinitatis. in capite humanitatis in ramis virtutum. in folijs sermonum. in fructu bonorum operum. in arido. id est. peccatore qui caret humore gratie. fructu iusticie. viroreque constantie. quid fiet. id est. quanta pietatis pena digni sunt. patet ergo compassio matris et mulierum ex dictis. Quinto fuit in passione christi defunctio temporalis. quia voluit mori in cruce. licet alie passionis christi fuissent sufficientes ad redimendum genus humanum. tamen adhuc voluit mori. Ratio quoniam ex peccato ad eum non solum habemus tribulationes dolores et passionis sed etiam mortem. Quia cum quibus die comederit morte morietur. Et ille modus est puenientior. Unde doctores sancti. et precipue sanctus Thomas. iij. parte. q. xlvj. arti. ij. dicit. quod erat bene alius modus redemptionis deo possibilis absolute loquendo. quia dicitur Lu. j. Non erit impossibile apud deum omne verbum. Et Esa. lix. dicitur. Ecce non est abbreviata manus domini ut saluare nequeat. et ideo multi alij modi erant deo possibiles. Unde ut dicit ibidem ad tertium argumentum. Si deus hominem absque omni satisfactione a peccato liberasset contra iusticiam non fecisset. quia culpa in eum commissa fuit et sic misericorditer egisset. Sed tamen non erat modus conuenientior. ut dicit Thomas eadem parte. eadem questione articulo. iij. quia dicit Augustinus in. xliij. de trinitate. Sanade nostre miserie puenientior modus non fuit quam per passionem christi. unde absolute non fuit necessarium ut christus moreretur. sed ex necessitate finis. ut dicit ibidem arti. j. ea. q. Et hoc potest dupliciter intelligi. Primo quidem ex parte nostra qui per eius passionem liberati sumus. secundum illud Iohannis. iij. Oportet exaltari filium hominis ut omnis qui credit in ipsum non pereat sed habeat vitam eternam. Secundo ex parte ipsius christi. qui per humanitatem passionis meruit gloriam exaltationis. Et ad hoc patet quod dicitur Luce vlti. Oportuit pati christum et sic intrare in gloriam suam. Unde per hoc quod homo per passionem christi est liberatus multa concurrunt ad salutem hominis pertinentia preter liberationem a peccato. Primo enim per hoc cognoscit homo quantum deus eum diligat et prouocatur ad deum diligendum in quo salutis humane perfectio consistit. Unde apostolus dicit ad Romanos. v. Commendat deus charitatem suam in nobis. quoniam ad huc peccatores essemus. christus pro nobis mortuus est. Secundo quia per hoc dedit nobis exemplum obedientie humilitatis constantie iusticie et ceterarum virtutum in passione christi ostensarum que sunt necessarie ad humanam salutem. Unde dicitur. j. pe. ij. Christus passus est pro

## In die parasceues

5 nobis, vobis relinquens exemplum vt sequami  
vestigia eius. Tertio quia christus per passionē  
suam non solum hominē a peccato liberauit sed  
etiam gratiam iustificante et gloriā beatitudis  
ei promeruit ad Heb. x. Habemus fiduciam in  
introitu sanctorum. scilicet fidelium in sanguine  
christi. Quarto quia per hoc est homini indita  
maior necessitas se immunem a peccato conseruā/  
di. quo se sanguine christi redemptum cogitat a  
peccato. fm illud. j. Coz. vj. Empri estis precio  
magno glorificate et portate dñm i corde vestro.  
7 Quinto quia hoc ad maiorem dignitatez homi/  
nis cessit. vt sicut homo victus et deceptus fuit a  
diabolo. ita etiam homo esset qui diabolum vin/  
ceret. et sicut homo mortem meruit ita homo mo/  
riendo mortem superaret. vt dicitur. j. Coz. xv.  
Deo gratias qui dedit nobis victoriam per se/  
sum christum. et ideo puenientius fuit q p mor/  
tem christi liberaremur q̄ per solam dei volun/  
tatem. Hec sanctus Thomas arti. iij. q. predictē  
Sic practice quō duxerunt christum cum cruce  
quam portabat in collo. Pucebant autem alij  
duo neq̄ cum illo vt inrererent ad montē cal/  
uarie. et dum fuerunt ibi dixerunt sibi expolia te  
et ita fecit. et milites acceperūt vestimēta eius et  
fecerūt q̄tuor partes et vniciq̄ militi partes et  
tunicam. erat autem tunica inconsutilis desup  
contexta per totum et dixerunt ad inuicem. Nō  
scindamus eam sed sortiamur de illa cuius sit vt  
scriptura impleret di. Partiti sunt vestimenta  
mea sibi. et in vestem meam miserunt sortem. Et  
crucifixerunt eum et cum eo alios duos. Cogita  
te quando virgo sentiebat ictus clauoz quando  
crucifigebat quomodo percutiebat cor eius. Et  
eiuato crucifixo gentes se elongauerunt. tunc  
virgo cum iohanne et magdalena venit ad pedē  
crucis. et gutte sanguinis filij cadebant super ca/  
put virginis. Cogitate dolorem christi ex cō/  
passione matris. Tunc christus orauit pro cruci/  
fixoribus dicens. Pater ignosce illis. quia nesci/  
unt quid faciunt. Virgo maria audito filio ele/  
uauit oculos et vidit filium totū sanguinolē/  
tum a capite vsq̄ ad pedes. Videns latro q̄ pen/  
debat in cruce a dextris q̄ christus orauit p cru/  
cifixoribus et considerans christi patientiā habu/  
it fidem de christo et contritionē de peccatis i cor/  
de et dixit cum lachrymis christo. Dñe. Memē/  
to mei dum veneris in regnum tuū. quasi diceret  
Non dico q̄ modo parcas mihi. quia non sum  
dignus. sed postq̄ in purgatorio fuero tunc me/  
mento mei. Qui respondit christus. Amen dico  
tibi. hodie mecum eris in paradyso. ¶ Questio  
quare de duobus latronibus cum christo cruci/  
fixis vnus fuit conuersus et alius non. Rationē  
assignant quidam de vmbra brachij que ipsum

tetigit et conuertit. Auroitas per locum a hino  
ri. de vmbra petri que sanabat infirmos. vt pa/  
ter Actuum. v. Non mirum ergo si vmbra chri/  
sti sanauit animam latronis. Videns virgo q̄ fi/  
lius locutus est latroni dixit. O fili latroni loq̄/  
mini et non mihi. que morioz hic vobiscum nihil  
dicitis. Tunc christus volens consolari matrem  
capite signando iohannem dixit. Mulier ecce  
filius tuus. et iohanni. Ecce mater tua. honora  
eam et seruias sibi vt matri. Respondere potuit  
set virgo. O fili et qualis consolatio quale cam/  
bium est istud dare filium creatoris pro filio pi/  
scatoris. filius dei pro filio zebedei. O fili mi mo/  
do est completa prophetia symeonis di. Et tuaz  
ipsius animam pertransibit gladius. Tūc chri/  
stus cepit dicere. Hely hely. id est. deus deus  
meus respice in me quare me dereliquisti etc. vt me  
dimittant amici apostoli et discipuli. Et si quere  
ret aliquis ab eo. O dñe vbi sunt ceci quos illu/  
minasti. vbi infirmi quos curasti. vbi demonia/  
ci. vbi leprosi quos mundasti. vbi mortui quos  
resuscitasti. vbi apostoli q̄s honorasti. Rñderet  
Omnes dereliquerunt me. Et completa omni  
re fuit hora nona et clamauit dicens. Sitio. Re/  
spondit virgo. O fili non habeo nisi aquam la/  
chrymarum. Tunc quidam cum spongia in arū/  
dine posita dabat sibi acetum mixtum cum felle  
Et cum gustasset dixit. Consummatum est. scilicet  
cet opus et mysterium humane redemptionis.  
Respondit virgo. O fili completi sunt dolores  
mei. Tunc christus voce magna clamauit. Pa/  
ter in manus tuas commendo spiritum meum. Et  
inclinato capite quasi valediceret matri. et sic emi/  
sit spiritum. Mirum fuit q̄ tunc virgo maria nō  
cecidit mortua. sed statim secute sunt consolatio/  
nes remedia et confortatiua. quia tenebre facte  
sunt super vniuersam terraz. quia sol dimisit ve/  
stes suas albas claritatis sue et indutus fuit de  
nigro. et terra mota ē. et petre scisse sunt. et multa  
corpora sanctorum que dormierunt surrexerūt.  
Item centurio fuit conuersus dicens. Vere filius  
dei erat iste. Et populus percutiebat pectus  
suum di. O miseri quid fecimus. hi fructus passio/  
nis quos virgo videbat consolabantur eaz. Ecce  
hic defunctio temporalis. quia voluit mori  
vt liberaret nos de morte eterna et daret nobis  
vitam gloriosam. Juxta prophetiam Esa. liij.  
Tradidit in morte animam suam et cum scelera/  
tis reputatus est. et ipse peccata multorum tulit.  
6 Sexto fuit in passione christi sepelicio terrēna/  
lis. Ratio quoniam ex peccato ade humanū ge/  
nus non solum fuit condemnatum ad mortem s  
etiam ad sepulturam et resolutionem et corrup/  
tionē. Gen. iij. Puluis es et i puluerē reuerteris. Jō  
xps voluit sepeliri s̄ nō corrupti. iux illō dō. Non

## Sermo

Dabis sanctum tuū videre corruptionē. Iudei autem quā parascēue erat vt non remaneret in cruce corpora sabbati. quia tunc festum erat pro ut habebant preceptum dei Deut. xxi. ne igitur eorum festum inhonoraret in cuius vespere eiusdem diei incipiebant solennitatē. Erat enim magnus ille dies sabbati. rogauerūt pilatum vt frāgerentur eorum crura. et hoc vt citius morerentur. quā solennitas ista azymoz tota erat gaudiosa. quia per hos septem dies vsū 7 mulieres dicebant choreas per circuitum hierusalē cum cantico moysi. scilicet. Cantem⁹ dñō gloriose etc. in memoriam quod illo tpe eos liberauit de seruitute egyptioꝝ et pharaonis exercitu eius in mari rubro submerso. Igitur ne tanta solennitas ex aspectu cadauerum sedaretur quā ppe ciuitatē erant petierunt ea deponi. Venerūt autem milites et primi quidem frēgerūt crura et alterius qui crucifixus erat cum iesu. ad iesum autem cum venissent et viderunt eum iam mortuū non frēgerunt eius crura etc. sed vnus militum qui sūm Irido. dictus erat longinus. hic sūm mgm histo. videre non poterat an mortuus esset iesus. quia caligatos habuit oculos. et accepit lanceam suam et infixit eam cordi christi et cōtinuo exiuit sanguis et aqua miraculose et hastam. decurrens peruenit ad manus militis. et ex tactu visum recepit quod conuersus ad fidem triginta octo annis monasticam vitam duxit. Et post crescente christianoz psecutione episcopus glorioso martyrio coronatus est et sic celum ascendit. hoc miles iste simplici intentione et ex compassione fecit vt citius moreretur. et ideo deus eum interius et exterius curat erat cecus illuminauit. Hoc vulnus sūm Alexādrum de hals non fuit christo infixum in ea parte in qua pingi solet per ossa. scilicet pectoralia. sed fuit inferius inter molliciem carneam et infra ossa pectoralia et femoralia et sic sursum ascendit ad cor. Ratio quia christus in alto pependit et miles stans in terra etc. preterea si circa pectoralia fuissent fracta ossa ppe magnitudinē lancee que ostenditur. Sed sūm iohannē est testimoniū eius facta sunt hec vt scriptura impleret. Os nō cōminuetis ex eo Exo. xxi. Et iterum alia scriptura dicit. Videbunt in quem transixerūt. Quare vero sic depingitur dicendo quod pictura est laicorum scriptura. ideo vt expressius laicis pateat quod lancea cor christi penetrauerit. in signum quod ex corde dimissa est nobis culpa per suam mortem. Hec duo miracula post mortem contigerūt. scilicet sanguis emanatio et ceci militis illuminatio. Sanguis enim in homine mortuo coagulatur sed non in christo vt ostenderet se habere potestatem in corpore sine anima. Item tres opiniones erant de anima quod scilicet esset in sanguine. in cerebro et in corde. Primi ea occasione mori fuerūt.

quia cum sanguis e corpore effunditur. animam euolare asseruerūt. Sed secundi ideo. quia aiaz maiorem vim in cerebro suarum potētiarū ostēdere viderunt. Alij vero. quia viderunt cor hominis primū viuens et vltimū moriens. et sic in his tribus locis effectualiter quesierūt. licet christus hoc vulnus non sensit quia iam mortuus. Hec enim oīa facta sunt hora nona. ideo ecclesia pro gratiarū actione cantat nonas. Post hec cum iam sero factum esset. id est. hora vespertina. Ecce vir nobilis nomine ioseph ab arimathia ciuitate iude. qui erat decurio et diues vir bonus et iustus eo quod esset discipulus dñi occultus autem. iste ioseph ppter metum iudeorum non consenserat consilio et actibus eorum. quia et ipse expectabat regnū dei. hic audacē introiuit et accessit pilatum et petijt corpus iesu vt tolleret. hec omnia ponunt euangeliste ad exprimendū bonitates et reuerentiam istius ioseph. Celitus enim puissimū ē vt esset diues vt haberet vt in sepulturam domini expenderet. nobilis decurio. id est. super decem milites vt ad presidem accedere posset. iustus et bonus vt christi corpus accipere mereret. discipulus non vnus ex duodecim. sed quia in primitiua ecclesia omnes credentes dicebantur discipuli. audacter quia iudeos non timuit. et ipsi eū hoc facere non causa discipulatus sed pietatis putabant petijt corpus iesu. quia licitū non erat sepe lire corpora damnatoꝝ sine licētia presidis. Pilatus autem mirabatur si iam obijisset. sed illa ammiratio sūm iohannem pcessit ex leuitate et cordis vanitate. nemo miretur cum pilato quod iesus subito mortuus fuit adhuc viuentibus latronibus quia multa crudelia per totam noctem et diem pertulit quā latrones in quiete fuerunt. Et accersito. i. vocato centurione interrogauit si iam mortuus esset. et cum cognouisset a centurione donauit corpus iesu ioseph. venit ergo et tulit corpus iesu. Venit autem et nicodemus qui venit ad iesum nocte primū ferens mixturam myrrhe et aloes quā si libras centum. Acceperunt ergo corpus iesu et ligauerunt in lintheis mundis cum aromatibus et inuoluerunt illud in syndone mūda quā mercatus est sicut mos est iudeos sepelire. Istud vnguentum amaritudine sua coerces vermes a cadauerū corrosione et a corruptione et putredine. Ex quo patet sūm Chrysostomū quod isti non habuerunt adhuc de christo plenam et perfectam fidem non intelligentes illud ps. Non dabis sanctum tuū videre corruptionem. Unde si corpus christi iacuisset in sepulchro vsque in diem nouissimum non fuisset incineratum nec putrefactū quod erat balsamatum diuinitate. Hec depositio sūm Bedam et Origenē. facta est p̄sente martha maria que corpus filij sui de cruce depositū suis brachijs vt pie creditur dulcissimis amplexata fuit et sacra vulnera cū inexplicabili planctu matris

## In die parasceues

affectu deosculabatur. iesus autem ad consolationem matris ita glorificatus est q̄ nulla plaga vel liuor i suo corpore apparuit preter q̄nq; vulnera manuum ac pedum atq; lateris que reseruauit. non ex impotentia sanandi sed vt ostenderet apostolis ⁊ maxime thome iudeis ⁊ malis christianis in iudicio extremo ad interpelladū in cōspectu patris ad letificadū beatos ex intuitu sue redemptionis. non enim dedecorāt corpus glorificatum ille cicatrices. quia clarius radiant q̄ sol in firmamento celi. Et quia corpus lineis inuolutum fuit. ideo in ecclesia mos inoleuit vt in altari non sericis aut auro textis sed in syndone munda consecratur. Item licet hec aromatizatio christi fuit facta in honorem ⁊ reuerentiam ⁊ a deuotis ⁊ cum diligentibus. tamen factum i se valde miserabile erat q̄ scilicet tante nobilitatis dominus tractabatur tanq̄ cadauer licet christ⁹ propter diuinū suppositum cadauer non fuit et q̄ corona glorie sic iacuit prostrata. in signū huius pro gratiarū actiōe statuit ecclesia dicere vesp̄as. ¶ Erat autē in loco vbi crucifixus erat iesus hortus ⁊ in horto monumentū nouum in quo nondum quisq; positus fuerat ⁊ excisum in petra. Itud monumentū erat ioseph. In horto dominus fuit captus. in horto nūc sepelitur ad innuendum q̄ per virtutem sue passionis liberamur a peccato quod adaz cōmiserat in horto deliciarum. In diuinaz dispensationē in nouo monumento in quo nondum quisq; positus ponit ne sua resurrectiō alteri qui ibi prius posit⁹ fuisse ascriberetur. Sicut enī in virginis vtero nemo ante illum aut post illum conceptus est. ita In Augustinū nemo ante vel post ibi sepultus est ⁊ c. ergo propter parasceuen iudeorum quia iuxta erat monumentū posuerunt christus iesus Nam feria sexta declinabat ad occasum ⁊ sabbatum incipiebat. eo q̄ In Hieronymū. iudei incipiunt computare dies crastinos sero precedenti vnde quia tarde erat non poterāt remotius sepelire corpus timentes preterire sabbatum. non quidem despecte sed sicut mos erat honorabilium corpora iudeorum sepelire. Quia iuxta prophetiam Esa. xj. Et erit sepulchrum eius gloriosum. Vnde sanctus Thomas. iij. parte. q. l. j. arti. j. Conueniens fuit christum sepelire. Primo ad probandum veritatem mortis. Non enim alius quis in sepulchro ponit nisi iam de veritate mortis constat. Igitur pilatus anteq̄ concederet christum sepeliri diligenti inquisitione cognouit eum iam mortuum esse. vt patet In Bar. xv. Secundo quia datur spes resurgendi his qui in sepulchro sunt per ipsum. eo q̄ de sepulchro ipse resurrexit In illud Johan. v. Omnes qui i monumentis sunt audient vocem eius. ⁊ qui audierunt viuent. Tertio ad exemplum eorum qui p̄ mortem christi spiritualiter moriuntur. peccatis

scilicet qui abscondunt a conturbatione hominum. vnde dicitur ad Col. iij. Absortui estis ⁊ vita vestra abscondita est cum christo in deo. vnde ⁊ baptizati qui per mortem christi moriuntur peccatis quasi conspeliunt christo. per immersionem. In illud ad Rhoma. vj. Consepulti sum⁹ cum christo per baptismū in morte. Hec Thomas. Et ioseph aduoluit lapides magnū ad ostium monumenti ⁊ abiit. subsecute sunt mulieres que cum ipso venerant de galilea videntes monumentum ⁊ aspicientes quāmodū ⁊ vbi positum erat corpus iesu sedentes cōtra sepulchrū inter quas maria magdalena ⁊ altera maria affectu diligenter attendebant qualiter trāfacto sabbato vnguentum preparatū reuertentes intrare possent ad perungendū iterato corpus iesu. Ex quo manifestepatet q̄ in fide dubitabāt. quia ipsum resurrecturū non crediderunt. Ideo beata virgo maria i qua vera ⁊ certa fides fuit. ad vngendum euz ipsis non venit. propter q̄ dies sabbati per anni circulum ad sui reuerentiā ab ecclesia specialiter venerat. Altera autem die que est post parasceuen p̄uenerunt principes sacerdotum ⁊ pharisei ad pilatum dicentes. Dñe recordati sumus. ⁊ notabile est q̄ iudei pilatum dñm suū agnoscentes vt in seruitutē alienigenarū redacti etiam adulādo vt facilius imperarēt dixerunt dñe. Seductor ille. mirum q̄ eorum inuidia adhuc non cessauit. Seductor tamē In hieronymū recto eum noīe vocabant sed non tales qualem intendebāt. Est enī seductio mala a virtute in errorem. hanc christo imponebāt sed false mentiebant. alia a falsitate in veritatem a vitijs in virtutes. sic christus seductor erat fidelium. post tres dies resurgam. iube ergo custodiri sepulchrum in diem tertium ne forte veniant discipuli eius ⁊ furetur eum ⁊ dicant plebi surrexit a mortuis ⁊ erit nouissim⁹ error peior priore. At illis pilatus. habete custodiam sicut scitis. Illi autem abeuntes munerūt sepulchrum signantes lapidem euz custodibus. quia nō sufficiebat ipsis custodia militum gentiliū. sed etiam cū hoc signauerunt lapidem qui erat in ostio monumenti cum sigillis suis ⁊ anulis. ¶ In hui⁹ sepulchre memoriā ecclesia statuit completorium. Cū vō christus animam in cruce tradidit patri mor venit ad infernum. id est. ad lymbū patrum ad eorum consolationem ⁊ demonū confusionē. ⁊ tertia die resurrexit de sepulchro. ⁊ ideo iudei militibus summam pecunie dederunt vt dicerent ipsum furatum per discipulos. sed euz accepissent pecuniam qd̄ factum fuerat dixerūt. milites enī tacere non poterant. nam fatebant se vidisse choros angelorum ⁊ a iudeis accepisse pecuniam. Vincentius in speculo narrat. q̄ ioseph ab arimathia eadem vesp̄a qua sepeliuit dñm. iudei eum incarcerationunt sed dñs liberauit eum. Ex

## Sabbato sancto pasce

his dictis patet causa modus ordo et tota series  
dñice passionis s̄m intentionem euangelistarū  
s̄m ordinem et s̄m litteram quam ex toto inserui  
ac s̄m seriem veri gesti descriptis. concedat nob̄  
iesus vt per lamenta sue passionis pueniam⁹ ad  
gloriam et gaudium beate resurrectionis Amen

Sabbato sancto pasce.

**Q**uæstra absco  
dita est cum christo in deo. cum autez  
x̄ps apparuerit vita vestra tūc et vos  
apparebitis cum ipso in gloria et ad Col. iij. Et  
i epla hodierna. h̄eri sermōis finis fuit sepultu  
ra corp̄is christi sed de aīa quo iuit vel quid fec̄  
nihil fuit dictū. Ideo modo volo p̄dicare d̄ ista  
materia. sed p̄mo salutē virgo maria et. qz iam  
possumus sibi dare gaudiū et leticiā quia de pro  
pinquo instat resurrectio glorioza filij sui iō pos  
sumus ipsam salutare humilē et deuote dicētes  
sibi Ave maria et. Vita n̄ra et. Pro hui⁹ verbi  
declaratione et materie predicāde introductiōe  
sciendum. qd doctrina sacra est generalis et certa  
fidei christiane qd post mortem corporalem chri  
sti anima eius descendit in infernum et est articu  
lus fidei dicentis. mortuus et sepultus q̄tum ad  
corpus. descendit ad inferos q̄tum ad animam.  
licet potuisset statim ascendere in celum si volu  
isset tamē noluit. imo voluit tantū humiliari qz  
voluit descendere principalit̄ ad confortanduz  
sanctos patres et ipsos liberandum. sicut rex ha  
bita victoria campali vult intrare personalit̄ ci  
uitatem. ita et christus et q̄diu corpus eius fuit i  
sepulchro tam diu fuit anima eius i lymbo et cra  
stina die anima christi simul cum sanctis patrib⁹  
exiuit de lymbo et assumpto corpore gloriozo re  
surrexit. Ista ē doctrina vera fidei christiāe con  
firmata auctoritate christi dicentis. Sicut fuit io  
nas in ventre ceti tribus diebus et tribus nocti  
bus. sic erit filius hominis i corde terre trib⁹ die  
bus et tribus noctibus Matth. xij. Dic breuē  
historiam iōne prophete vt habetur Ione. j. et  
ij. c. et quomodo fuit figura passionis christi. na  
uis in qua christus nauigauit est natura huma  
na. Ratio quia ad instar nauis facta scilicet an  
gusta in principio lata in medio et. scilicet tem  
pore christi Gal. iij. At vbi venit plenitudo tē  
poris misit deus filium suum. nunc autem restri  
gitur ad instar pupis. Malus huius nauis in  
medio positus fuit crux christi. velum caro chri  
sti. facta est quasi nauis infortioris et proverb.  
vlti. Hec nauis iactabatur magnis fluctibus et  
periculis submergendi in inferno. nec erat aliud  
remedium euadendi nisi qd Jonas. id est. chri  
stus iactaretur in mari. scilicet in amaritudinem pas  
sionis et mortis. Et cetus. id est. infernus aperu  
it os suum et recepit ipsum et tenuit eum tribus  
diebus et tribus noctibus. sed crastina die euo

luit eum. Et licet corpus christi et anima in illo  
die fuerunt diuisa et separata tamen diuinitas  
nunq̄ fuit separata nec diuisa nec a corpore nec  
ab anima sed tota fuit cum corpore in sepulchro  
et tota cum anima in lymbo. vt dicit beatus Tho  
mas. iij. parte. q. l. articu. ij. et. iij. Si dicatur. qd  
modo hoc fuit possibile. Dabo de hoc vobis du  
as similitudines ad oculuz ad confortanduz ve  
stros intellectus. Primo de pomo ex vna parte  
albo et ex alia parte rubeo qd si gladio diuiditur  
in duas partes odor ipsius remanet cum quali  
bet parte diuisa. Idem de humanitate christi.  
Cogitate qd humanitas christi sit vt pomum cu  
tus pars alba sit anima christi purissima sine om  
ni defectu. pars rubea eius caro ex passione san  
guinolenta. De quo Salomon Canticozum. v.  
in persona virginis Marie dicens. Bilectus  
meus candidus et rubicundus. Diuinitas eter  
na erat vnita corpori et anime christi ante passio  
nem et mortem sicut odor est coniunctus pomo  
et vnitus. Sed humanitas christi gladio mortif  
fuit diuisa et separata in duas partes principales  
tamen odor. id est. diuinitas eterna semper re  
mansit cum vtraq̄ parte inseparabiliter. Secū  
da similitudo pulchrior et clarior de pecia chry  
stalli ad radium solis que tota repletur lumine et  
claritate solis. quare si diuiditur in duas partes  
tota claritas solis remanet cum qualibet parte  
diuisa. Idem de humanitate christi puriori chry  
stallo lumine et claritate diuinitatis illuminata.  
que in morte diuisa diuinitas tota remansit inse  
parabiliter cum qualibet parte diuisa ascondi  
ta scilicet cum corpore in sepulchro et cum anima  
in lymbo siue in inferno. Auctoritas. Splendor  
ipsius vt lux erit cornua in manibus eius vbi ab  
scondita est fortitudo eius ante faciem eius ibit  
mors. Abachuc. iij. In qua ponuntur tria tem  
pora christi. scilicet. Tempus sue predicationis  
ibi. Splendor eius vt lux erit. Secundo ponit̄  
tempus sue amare passionis. ibi. cornua in ma  
nibus eius. scilicet clauorum in manibus. Et tē  
pus mortis. ibi. abscondita est fortitudo eius. id  
est. diuinitas que abscondita fuit cum corpore i  
sepulchro et cum anima in lymbo. ¶ Nota ante  
faciē ei⁹ ibit mors. an passionē x̄pi mors ipm seq̄  
bat ex p̄secutiōe iudeoz n̄ qd mors h̄ret aliqd ius  
i x̄po et i secuta ē x̄pm quoz ipm cepit. s̄ p̄ resur  
rectionē mors ipm p̄cedit. iō dicit an faciē ei⁹ ibit  
mors. De hac abscoīōe dixit etiā Esa. Cere tu  
es ds abscoīdit⁹ ds israel saluator. Esa. xlv. De  
hac abscoīōe dicit the. Vita v̄ra. i. diuinitas absco  
dita ē cū x̄po. Nota p̄ p̄secutiōe s̄mōis qd lz di  
uinitas eterna tunc fuisset abscondita illis qd fue  
rant in hoc mundo tñ tunc fuit ostensa et ma  
nifestata illis de inferno. non qd omnes de infer  
no vidissent eam. sed omnes qui fuerunt in infer  
no cognouerunt christum esse verum deū et v̄z